



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Quantum sit pacis bonum, ex Hæbræoru[m] salutandi more intelligi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

scultatem. Quin & pueri, qui fuerunt in Babylonie, docuerunt nos, etiam si nemo sit qui pietati suffragaretur, tamen per nos ipsos quod officiis nostris est peragere, qui quidem ex incendio medio canebant hymnos Deo, hanc reputantes multitudinem aspernantium veritatem, sed sibi insicem sufficientes, quum essent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hostium densissima turba, sed fixa spe in praesidio Spiritus cum omni fiducia virtutem annuntianimus. Alioquin foret omnium miserorum, eos, qui conuiciis incessunt Spiritum, tam facile ad inspiro loquendum audaciam sumere, nos vero qui tales habemus protectorem ac patronum, non audere sermonem suppeditare, qui ex maiorum traditione perpetua memoria serice ad nos usque seruatus fuit: magis tamen excitabit impetu nostru igneo charitatis tua non facta feror, mortuorum granitas ac raciunitas, qua respondebant fore, ut ea quadiu efficiens, non prodirent in vulgo; non quod digna sunt, qua celerunt, sed ne margarita proyiciantur porcis. Et hac quidem haec.

## C A P V T L X V I .

Quibus name modis posset, ac debet Victoria, & pax vera impetrari?

**B**ELLI mala quanto sunt atrociora, tanto pax aurea est optabilior, magisque experenda. In illo exitium, in hac salus nostra consistit: quae nisi per arma spectaretur, nemmo unquam sapiens suaderet, bellum esse suscipiendum. Tanto iraque pluris facienda est pax, quanto pluris constat; sicut gemma, quae maiore pretio estimatur. Hebrei, & cum illis veteres Sancti, cum vel aliunde venientibus, vel alio abeuntibus bene precari ac salutem imperitri vellent, haud eos aliter, quam inprecatione pacis salutauerunt. Ita fratres suos Ioseph amicissime amplexus atebat: *Pax vobiscum, nolite timere.* Ita senex Levitem Gen. 43. 23, hospitaliter excipiens inquietabat: *Pax tecum sit.* Ita rex David Iudic. 19. 20, per legatos commeatum petens a Nabal eum salutavit: *Tibi pax.* 1. Reg. 25. 6. Ita ipsa salus nostra Christus discipulos suos a morte reuisens his dixit: *Pax vobis.* Ita instruxit & Apostolos inquietus: *Intrantes 10. 20 19. & 21. autem in domum salutare eam dicentes:* *Pax huic domini;* quemadmodum & rex paulo prius nominatus legatis suis mandauit: *Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex 1. Reg. 25. 5.*

B b b b b z

nomine

L

nomine meo pacificè, & dicetis : Sit fratribus meis & tibipax, & domini tua pax, & omnibus quicunq; habebis, sit pax. Quia formula & Episcopi, in sacrificio vtuntur : nam ad populum conuersi cumq; benedicturi aiunt : Pax vobis. Èadem formulâ vtebantur olim, cùm discedentibus valedicerent. Hinc Heli ad Annam siebat :

2. Reg. 1. 17.

Marc. 5. 54.

Luc 7. 50.

*Vade in pace :* & Christus ad mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur, itemque, ad Mariam Magdalenam : *Vade in pace.* Quan-

nam salutandi hoc verbo, precandique causa ? Nimirum quia,

sicut cum bello malorum compendio, quidquid ferè vbiq; est

mali, venit ; ita Pax nullum non hominis bonum comprehendit.

## II.

Alciatus, qui multa emblematis perquam ingeniosè expres-  
Andr. Alciat. sit, inter cetera militis galeam pinxit, quæ instar aunciaris staret,

emblem. 177. vñā dependentē, atque alijs apibus vndeque agminatim cir-

cumvolitantibus. Carmina illius sunt :

*Engalea, intrepidus quam miles gesserat, & que*

*Sepius hostili sparsa cruento fuit :*

*Parta pace apibus tensis concessit in usum*

*Alveoli, atque fauos, gratiæ, mellagerit.*

*Arma procul iaceant : fas sit tunc sumere bellum,*

*Quando aliter pacis non potes arte frui.*

Quàm diuersus ille fuit usus galeæ ? quàm contrarius effectus ? Sub ea homines & apes poterant latitare : commodum fuit & mi-  
litum & volucrum tegmen ; & quam prius plumbea grando pul-  
sauit, postea stipauit examen apum. Antea rorabat sanguine,  
postea stillauit melle. Dura fuit antea, & ferreum opus, quod  
pressit caput bellatoris; postea fauo seruivit pro straminea domo.  
Dulcior deposita, quàm nondum vertici imposita : siquidem dul-  
ce bellum inexpertis, sed qui re ipsa didicerunt, quid sit militare;  
beatos vocant, qui pace fruuntur ; & quoties illud repetunt,

*Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes ?*  
Virgil lib. 2.  
Æncid.

Quoties optarent, sub ea galea, qua teguntur, se domi suæ videre  
apes habitantes? Quoties meminerunt illius: *Et sedebit populus mens*

*in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulentia*

## III.

Eat aliquis, & melleam pacis dulcedinem cum belli absinthio  
conferat. Heu quàm fera, quàm verè ferrea, immò adamantina  
tunica amictus incedit Mauors ! quàm lucida & jucunda flava

fulget